

Filius ex patre originem sumit. Sp̄s uero sc̄s ex patre
 . filioque procedit. haec tamen a nob̄ traduntur de tri-
 . nitate ut potest intelligentia humana capere.
 . nam quis considerare sufficit ipsius trinitatis interna
 . misteria. quomodo pater & filius & sp̄s sc̄s.
 . Tres personae sint una natura. quomodo pater ingentus.
 . filius gentius. sp̄s uero sc̄s. nec gentius. nec ingentius
 Quomodo filius de patre natus. sp̄s autem sc̄s de patre pro-
 . cedit & filio. quomodo filius nascendo procedit.
 . Sp̄s autem sc̄s procedendo non nascitur. quomodo
 . pater nūquam sine filio. **ET Tamen** sine filio pat-
 . genuit filium. quomodo filius nūquam sine sp̄s sc̄o.
 . Et tamen ait. nisi ego abiero paraclitus non ueniet.
 . quomodo filius. non desē sed de patre est. nec tamen
 . ei est posterior de quo est. quomodo sp̄s sc̄s de patre pro-
 . cedit & filio. nec tamen ab eis praeceditur a quibus pro-
 . cedit. quomodo tria unū sunt. & unū tria. quomodo
 . ad se inuicem relatiuae tria sunt. essentialiter unum
 . sunt. Quis ista consideret. Quis ista conprehendat.
 . Si enim humanae naturae xpi secreta non capimus.
 . Diuinae naturae misteria quomodo capiemus.

III. INTER ESSENTIAM DĪ ET SUBSTANTIAM

hoc quidam diuini finierunt. quod substantia est id quod
 . non ab alio sed semper se se est. hoc est quod propria
 . in se uisitate subsistit. essentia uero in dī. id est in dī est
 . dicta. quia semper est nec incipiens aliquando. nec desi-
 . nens est. sed esse semper proprium eius est.

N. INTĪD QUOD FILIUS NŪC AQUALIS NĒ MINOR Ē